



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De variis irregularitatum generib. c. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

De variis Irregularitatis generibus. Cap. 58. 59. 60. 61. 62. 63. & 64.

Prima est ex defectu natalium quam illi contrahunt, qui ex fornicatione, adulterio, stupro, sacrilegio, aut alio quouis illicito concubitu occulto, vel publico, sunt nati. hi naque omnes ad ordines promoueri nequeunt, nisi per subsequens matrimonium legitimentur, aut Episcopus in minoribus dispenset, vel Papa in maioribus, aut per Religionis ingressum cum eis dispensetur. Altera est ex defectu originis, quam contrahunt serui ex matre serua, qui nunquam in libertatem venerunt si autem Domino eorum permitte, aut non contradicente, ordinentur, statim sunt liberi quod si contradixerit aut ignorauerit, si ordinans id prudens & sciens fecerit tenebitur reddere duplum

do
eius
tisfa
rit o
tem
defe
unt
proc
cate
goin
oner
mou
perfo
Eccl
sunt
*Qu
tis,
Ton
res o
decis
cona
23. P
nem
temp
spen

domino, si vero ordinatus solus eius rei conscius fuerit debet satisfacere domino, quod si noluerit debet deponi & in seruitutem reuocari. *Tertia. Vocatur ex defectu liberationis, quia impediuntur curiales, iudices, aduocati, procuratores, tutores, notarii, ac ceteri ministri, qui publicis negotiis tenentur: hi namque nisi onere deposito, ad ordines promoueri nequeunt: exceptis tamen persona miserabili obligatis, aut Ecclesiasticæ, nã hi ordinari possunt etiam si onus non deponant. *Quarta ex defectu legitimæ ætatis, ita ut ante septennium prima tonsura, ante 12. annum, minores ordines, & acolitatus duodecimo tantum expleto sub Diaconatus, ante 22. Diaconatus ante 23. Presbyteratus ante 25. inceptum, nemini dentur. Ante hæc enim tempora promotos solus Papa dispensat, & episcopus promouens

à collatione ordinum est ipso iure suspendendus. Presbyteratus, & Episcopatus si ante usum rationis defacto infantidentur, imprimunt characterem, & sic ordinati tenentur castitatis votum seruare, si ad annos pubertatis ducti non recantent. * Quinta est ex defectu honestæ famæ, seu ex infamia iuris, vel facti nota, quæ ab ordinum promotione procul explodunt, nisi vel talis infamia per se ipsa tollatur contrariis factis, vt est infamia facti, vel ex dispensatione Pape, aut Episcopi vt in infamia iuris orta ex crimine in quo Episcopus potest dispensare. * Sexta ex defectu corporis, qua nondum promoti à promotione, & promoti ab ordinum ad quos sunt inhabiles exercitio prohibentur, quales sunt, qui aliquo membro carent, vel abundant, vt pigmæi, gibbosi, claudi baculo indigentes, cæci, & qui cum ocularibus litteras, &

verba non discernunt, qui sunt tremulis manibus & prorsus abstemii. Hermaphroditum ad foemineum sexum magis accedentes, illi qui propria culpa, vel manibus se castrauerunt, etiam castitatis zelo: non autem si per medicos sanitatis necessitate id fecerint. Item qui aliquod membrum impeditum habent vel notabilem deformitatem, de qua, Episcopi munus erit iudicare, Papae vero dispensare.* Septima ex defectu animae, ut Daemoniaci, insani, lunatici, & morbo caduco affecti, qui quidem si ante promoti non fuerint, nec post liberationem ad ordines sunt promouendi, promoti vero, & omnino liberati, data probatione per annum, rursus ministrare poterunt si autem morbo caduco laborans raro cadat, & sine vocis confusae emissionem, ac spumae iactatione, poterit cum sacerdote coadiutore celebrare. Sunt etiam

huc reducendi Neophiti, qui nuper ad fidem venerunt: & illiterati, ac penitus ignari, qui omnes irregulares habentur, & in his irregularitatibus dispensat Papa solus.

De Irregularitate ex defectu sacramenti, & Bigamia. Cap. 65. 66. 67. & 68.

Bigamia est nuptiarum multiplicatio, & est triplex, vera, interpretatiua, & similitudinaria. Vera dicitur cum quis successiue plures, & legitimas duxit uxores, & cum eis habuit copulam, sine vna ante Baptismum, & alteram post duxerit. Interpretatiua est duplex, vna quæ simpliciter dicitur, cum ex parte viri non fuerunt plures nuptiæ, sed duxit viduam ab alio corruptam, aut propriam post adulterium ab ea admissum & vel attentauit plu-